

colorchecker CLASSIC



x-rite

mm

0 cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

WILSON





1849


OBSERVATIONS POLITTIQUES




|||










M. 13,538

Cat. Moseau,


n. 2567



34

OBSERVATIONES
POLITICÆ.

SVPER NVPERIS
GALLIÆ MOTIVS.



M. DC. XLIX.

206

OBSERVATIONES


POLITICAE

SVPBR NVPBRIS

GALLIAE MOTIBVS.



MDCXLIX



PRÆFATIO.



AMPLA ciuitas mundus est, cuius ciues quot-quot homines. Terminos & fines partium, ambitio seu auaritia posuit. Limitibus illis sapiens non includitur. Animi magnitudine omnia perlustrat; ac vnde periculum alij emolumentum capit, & perficitur. Vasta præteritorum historia est, nec ideo contemnenda. In præsens mundi theatrum, qui oculos inijcit ante actorum compendium inueniet, & vberima prudentia formanda exempla. Vidit seculum nostrum Imperatores, Reges, Reginas, Principes laqueo & securi, in campo & exilio, in ægestate & arumnis cadere & vitam finire. Alij Regnis & Provincijs pulsati, alij rarâ felicitate assumpti. Periêre status, vel mutarunt formam; & alios de nouo emerfisse vidimus. Qua bello exerceri potuit industria vel ferocitas; qua paci facienda prudentia; triginta annorum spatio patuit. Proceres & ministros emergere, & præcipitari, inter noua non computo. Sufficiet nihil omiffum esse quo sortis inconstantia & varij hominum casus demonstrari poterunt. Pulchrum est intueri hac omnia, sine metu, & indifferenter, & in vsum suum conuertere. Sic obseruatione dignum, quicquid Gallia morbo trimestri passa est. Belli motusque

illius historiam describant alij. Scommata qua detestor, ca-
uillatores illi degeneres euomant. Mihi ad actiones & erro-
res, qui committi videbantur, attendere volupe fuerat,
et omnia ad prudentia praxin conferre. Occasio est et cam-
pus amplissimus proficiendi. Non omnia tango, sed exer-
citiij gratia pauca. Idque sincerè et nullo affectu iudicium
corrumpente. Gallus enim non sum, nec Italus et neutri
partium beneficio vel odio cognitus.



OBSERVATIONES



OBSERVATIONES
POLITICÆ.

Super nuperis Gallia motibus.

NOSCERE OPORTET PRINCIPEM
*ingenia, mores, facultates et vires subdi-
torum suorum.*

I.

R VDES & ignari nascimur ho-
mines, nec genus scientiam
tribuit, nec Fortuna; Tempo-
re & vsu perficitur exiguum
id, quod capere mens huma-

na potest. Omnium verò quæ addiscuntur
rerum, nobilior nulla nec difficilior illâ Prin-
cipum scientiâ, quâ populum regere no-
runt. Ille enim ingratus, ferox, mobilis, na-
turaliter parendi nescius, & libertatis amâs,

Mihi videtur ars artium, &
scientia scientiarum, homi-
nem regere, animal tam va-
rium & multiplex.
Greg. Naz.

Vulgus sine rectore præ-
ceps, pauidum, socors. *Tac.*

A

Omni Animali facilis im-
pe abis quam homini.
Xenop.

Niuna cosa è piu necessa-
ria per lo buon gouerno,
che'l conoscer la natura,
gl' ingeni, el' inclinazione
de sudditi. *Bot. l. 2.*

Son los animos de los hom-
bres tan varios, como sus
rostros, y assi no se puede
negociar con todos con vn
mismo estilo, conueniente
es varialle Segun la natura-
leza del suieto, con quien se
trata, como se varian los
bocados de los frenos, se-
gun es la bocca del cauallo.
Sauie.

Gubernare nauem & Re-
publicam simile. *Sabellie.*

Rex Gallie, Rex Asinorū, &c.
dictum Maximil. Impera-
toris.

*Les François parussent seuls
& ne le font, Es. Prou.*

non nisi arte cohibetur & industria. Quem
nisi probè intelligat, penitusque exploret,
fallitur, quisquis in eo regendo operam ani-
mumque intendit. Hinc motus, convulsio-
nes, morbi & Rerum publicarum interitus.
Sed hominem noscere non sufficit Princi-
pi, propius accedat oportet, & in naturam &
facultates suorum exactius inquirat, vt illos
non minus quàm se ipsum habeat cognitos.
Nam vt vultu moribusque, homo ab ho-
mine differt, ita populus ab alio, ingenio &
assuetudine distinguitur. Ideò mitius hunc,
aliter alium haberi expedit. Nec omnibus
omnia conueniunt. Vt curet agrotum Me-
dicus, non structuram solum hominis, sed
complexionem subiecti perquirat. Nec O-
ceano se committit Nauarcha, maris & pi-
xidis nauticæ vtcunque sciens, nî quos in
itinere scopulos, quæve alia vitanda habeat,
explore; Minus qui Reipublicæ clauo assi-
det, ventorum pelagi, & casuum, qui obie-
ctari poterunt, ignarum esse conuenit. Ma-
zarinus, Cardinalis Italus, Franciam mino-
ritate Regis feliciter satis gubernat, illam
verò & partes eius sufficienter nouisse, ex nu-
pero ciuili bello minimè enotuit. Nam vt-
cunque pro Asinis habeantur Galli à qui-
busdam, vel pro fatuis, & qui verbis promif-

sisque haberi, ac metu contineri posse cre-
 dantur; animum tamen & audaciam subesse
 compertum est. Ignorare non debuit Cardi-
 nalis, Galliam penè totam expilatam esse, &
 eò desperationis redactam, vt non nisi oc-
 casionem tumultuandi exspectaret. Sed ille
 horum omnium securus, quam euitare dili-
 gentissimè debuit, occasionem obtulit, &
 caput ipsum petiit, cuius ad exemplum
 membra faciliùs commouerentur. Parisien-
 ses ignaros reputauit & imbelles, & fame
 octiduâ facillimè necandos; Parlamentum
 discors & factionibus scissum, nec cum Pa-
 risiensi populo conuenire credidit, (quæ fun-
 damenta nuperi belli) sed in vtroque lapsus
 est. Principes quos neglectos vel offensos
 nouerat, fidos sperabat, vel parui momenti.
 Contæus Regij Sanguinis neglectim habi-
 tus & sæpè elusus; Longevillanus expensa-
 rum & dedecoris in congressu Monasterien-
 si perpeffi nondum integer; Elbovius cum
 filiis tribus pensionibus frustratus & in
 officiis petitis repulsam passus; Beaufortius
 quinquenni carcere elapsus, & nondum re-
 conciliatus; Bullonius exul quasi & vagus,
 sine spe, sua, vel promissa æquiualentia recu-
 perandi; Hodancurtius, dignitate & bonis
 spoliatus, & ob nullam indictam causam car-

Grauissimi sunt morsus irri-
 tatae necessitatis, *Port. Lat.*

Qui in ea est sententia, ut
exillime magnorum viro-
rum inueterata odia, bene-
ficiis nouis dilui, & in obli-
uionem induci posse, is ve-
hementer fallitur. *Liv.*

Quæ posse fieri non putes,
ætuastamen. *Senec.*

Autè morbos necesse est esse
cogitos, quàm medecinam.

cere longo mulctatus; & alij alia perpeffi,
quomodò in domestico bello vitam & bona
pro illo exponere potuerunt, quem horum
omnium causam publicè testati sunt. Et hos
sibi fauentes credere, vel non aduersos, præ-
sumptio certè stolidi. Si contemnendos di-
ceret, error manifestus; experientia enim
docuit, quantum illi momentum attulerunt
parti aduersæ. Et quis sponderet, quin illi
prouincias suas, Normanniam, Campaniam,
Picardiam & Pictauum, quarum illi Gu-
bernatores sunt, in partes suas traherent, ut
ex parte factum est. Quæ omnia si exactius
pensitasset Cardinalis, obsidione Parisiensi
haud temerè irritandos asperatos iam satis
animos censuisset. Et quin ex hoc morbo
ruinam sibi accelerarit Angliæ Rex quod
vesaniam & vires suorum minus benè per-
fectos habuit, dubito. Id verò certum est,
Hispanum Belgarum imperio excidisse dum
ingenia & potentiam illorum non ignora-
bat solum, sed contempfit.

~~~~~

## II.

*Nimiâ exactione ad desperationem redigi populum.*

Semper in ciuitate quibus  
opes nullæ sunt, noua expe-  
tant, vetera odere, odioque  
suarum rerum mutare om-  
nia student. *Sallust.*

**P**RINCIPIA & causas motuum & con-  
uulsionum Rempublicarum conside-  
ranti, frequentior nulla & efficacior occur-  
rit



5  
rit nimiam tritorum exactione, qua ad egestatem primo, mox desperationem & furorem adigitur populus, ut bonis amissis, ultimam in turbido spem experiri cogatur. Nam ut cumque ob sauitiam & tyrannidem periclitentur Principes, dummodo pascatur populus, minus ad decussa sublimiorum capita commouetur & attendit. Sic libertatem attrectare, priuilegia & consuetudines tollere haud tantas excitaret turbas nisi ex illa mutatione minus bene sibi fore vnusquisque in particulari sibi persuaferit. Tanta ergo annonae vis, ut hanc si praestiteris, caetera securus ages; si demseris, in reliquis licet aequissimus, inuisus habeatis & crudelis, & quot egenos, tot hostes compares, mutationibus intentos. Transeant vetera, ante oculos exempla sunt, quomodo ob expilationem nimiam integris Regnis, Principatibus, & Prouinciis praepotentes Reges exciderant. Sed deplorandum est, quod non alienis potius quam propriis periculis cautiores reddantur homines: Viderat nuper Gallia, vicina Regna & ditiones, Belgium, Cataloniam, Lusitaniam & Neapolim, ex hoc errore perdita, & Domino suo recalcitrasse, & quanti haec steterant Hispano, sed parum abfuit, quin ipsa eodem penes fato periret. Vi-

Compertum est egentissimum quemque esse audacissimum, & non raro in desperationem abire paupertatem. *Fo. Sen.*

Sinite me populum pascere. *diu. Vespas.*

E' da notare, che gli huomini si moueranno piu per priuato interesse, che per publica utilità: è che ogn'uno ha piu caro d'esser seruo & ricco, che pouero & libero. *Malvezij disc. 12.* Cives benignè habitū, in pace erga Principem liberales, & belli temporibus fideles sunt; expilari, nec in pace prodesse, in bello etiam plurimum nocere possunt. *Liu.*

Principe auaro non è dureuole; sudditi oppressi mancano d'obedire, e tentano la rouina, di chi gli machina la morte. *Roccell.*

si demum pesates, ea ci-  
uitas, id Regnum, æterno  
in gradu stare potest, vbi  
minimum pecunie cupido  
sibi vendicat. *Valer. Max.*

I Signori chi hanno troua-  
to modo d'accrefcergli il  
peculio regio, quadagnano  
à vncia e perdono elibre.  
*Scip. Ann.*

Consiliarius quidam Gal-  
lius, Regem diuersa exa-  
ctionum genera docens,  
conscientia tandem stimu-  
latus, cloaca se sepeliri vo-  
luit. *Referente Choquier lib.*  
*1. Polit.*

cennium est, quod domi forisue bella con-  
tinuat, & totidem quod immensis oneribus  
grauatur & decerpitur. Decem non ita pri-  
dem millionibus constitit Gallie reditus,  
quem ad triplum Henricus auxit, & filius  
neposque deinceps ad centum & quadra-  
ginta milliones extenderunt. Et hæc suffice-  
re diceres ad bella & sumptus immensos.  
Sed tantò minus, vt etiamnum in augendo,  
& nouis corradendi modis, toti sint ministri  
publici. Exhaustæ erant Prouinciæ, & vix san-  
guis restabat plebi, dùm consilium ineunt,  
ditioribus imponendum: hinc noua ven-  
duntur officia, & veteribus salaria seque-  
strantur, & quæ annuatim pendi solita, per  
vim & vsuram anticipari iussa, vt quouis tan-  
dem modo & præcio corradere, quicquid  
adhuc restabat nummorum. At improspere  
concilium cessit, dùm primam regni curiam  
incautius adoriuntur. Præuidit namque Se-  
natus prudens 12. nouos Requestarum Ma-  
gistros superfluos esse, & non nisi cum dam-  
no & dedecore priorum, veteribus posse ad-  
iungi, iniquum porro iudicauit, officiales  
curiæ sine vlla culpa, debito seruitiorum  
præmio spoliandos, nec Anticipari Polet-  
tam, aliosque reditus posse sine confusione,  
& sequentium annorum iactura. *Vsuram*

quoque iniquam esse, Deo, hominibusque detestandam; non illam esse necessitatem, quâ ad hæc extrema & turpia cogerentur. Sufficere redditus, modo benè administrantur, & de hoc non minus sollicitum esse decere, quàm de colligendo. Notorium esse, & pariter indecorum, tertiam reddituum partem, in feneratoribus abire & exactores, qui direfcent. Sed dum contra ruit aula, & auctoritatem & minas opponit, supremas Regni curias suscitât & in vnum cogit, ac ita nobilissimum Reipublicæ membrum, quod studiosè sibi conseruare debuerat, simul cum plebe perdidit, & sibi offensum reddit & abalienatum.

Vnum dicam, quod nunquam cessari dicere: Auctritæ fugam & liberalitatis gratiam, Regum esse gloriam & Regnorum firmitermentum, atque hoc potissimum assequitur. Si à rebus subditorum se absteineat.

*Arist. ad Alex. Mag.*

*Quomodo lenienda onera publica*

III.

**G**Rauia per se tributa sunt, grauiora verò redditus modus exigendi acerbus, & si apparuerit illa ex libidine magis quàm necessitate colligi & perperam distribui. Ideò vt acerbicatem hanc dulcedine aliquâ lenirent, & incantamentis velut quibusdam obuelarent, sequentia ferè, prudentes rerum moderatores, vsurparunt.

Præstis hominibus, sed  
hominum causa: nec Do-  
mini modo & arbitri re-  
rum, sed tutores & admini-  
stræstis *Lips.*  
Sicut Principes, quibus hoc  
frequens in sermone est, vt  
dicant habere se priuilegia,  
vt quantum velint exigant  
à populo, certè Galliarum  
Rex omnimò minimè cau-  
sam habet, vt de se hoc ia-  
ctet Nec enim vel ipsi vel  
cuius alij licet. *Comin. li. 10.*

La necessitè commettienne  
sopra l'arbitrio, & sopra le  
forze l'imperio, così ha io-  
pra la ragione Dominio.

*Rocabell.*

Cùm consulis populo, re-  
moue à te suspicionem ali-  
cuius tui commodi: fac si-  
dem te nihil nisi populi vti-  
litatem & fructum querere.

*Cic.*

I. Dùm inter Christianos Principes con-  
stat illos non esse proprietarios & Dominos  
vitæ, facultatisque subditorum suorum, pro  
lege habuerunt. Præter antiqua & modica  
tributa, nihil ab illis exigere, nisi cum libe-  
râ voluntate & consensu illorum, ita con-  
scientiæ suæ & libertati subditorum satisfac-  
tum existimantes, quò legitimè omnia &  
promptius perficerentur. Et licet in omni-  
bus statibus hæc obseruata videamus. diuer-  
sus tamen modus Galliæ placuit, dùm pro-  
lubitu ministrorum varij generis tributa au-  
cta & imposita fuerunt, ordinibus non in-  
consultis modo, sed repugnantibus. *lq. m. 10.*

II. Cum illa necessitatis vis & efficacia,  
vt cum hæc palam fiat, recti iudicij non est,  
qui non cedat, & cuiuscunque difficultatis  
obliuiscatur; Studuerunt Principes edocere  
populum suum, illam quandoque tam eui-  
dentem esse, vt ni subueniatur statui, pericu-  
la incumbant non contemnenda, ideò co-  
mitia crebra & conuentus ordinum, quibus  
exponere non dedignantur, quanta bello-  
rum necessitas, quantæ expensæ, qui redi-  
tus, & quàm necessaria subsidia, & hæc non  
infeliciter cessisse videmus. In Gallia verò an-  
nis triginta quinque nulla comitia, nulla or-  
dinum mentio, nec vlli de necessitate belli,  
vel

vel expensarum, inquirere fas. Prorestatus  
 est anno præterito sæpius Cardinalis, belli  
 finem adesse, & pacem in manu suâ se com-  
 plecti; & subsumebar Parliamentum, eius  
 ergo non hostium culpam esse, quod non  
 perficiatur. Idem Longeuillanus deinceps  
 & Avauxius confirmarunt, occasionem  
 fuisse, & certa temporum momenta, qui-  
 bus honesta, tuta & gloriosa pax haberi po-  
 tuit, sed dum hæc vel sponte, seu inertia  
 quâdam negligitur, quæ bellandi necessi-  
 tas, & contribuendi promptitudo? Sed de-  
 tur, continuandum necessario bellum, an  
 idè ad succum & sanguinem exsugenda  
 est Gallia? Notum est ad aulam Regis &  
 statum internum 60. ferè milliones abire,  
 licet nec illi pendantur. 80. ergò restabunt  
 ad belli sumptus, bone Deus, quanta sum-  
 ma! Sueci diuturnius bellum gesserunt, &  
 fortius, totamque penè Germaniam sub-  
 iugarunt, sed dispendio & sumptibus ho-  
 stium; vix enim ex proprio millionem bel-  
 lo annuatim contulerunt, & interim mili-  
 tia obediens & contenta reperitur, & do-  
 mi status illorum incrementa capit & flo-  
 rescit. Gallia minori militum numero de-  
 cies plus impendit, & omnia seditionum  
 plena, & querelarum, quod integris annis

Illis maximum discrimen,  
 penes quos aurum & opes,  
 præcipue bellorum causæ.  
 Tac.

I popoli anco dal ciclo si  
 ribellano, se auaro sempre  
 & turbato si mostri; molto  
 piu i sudditi dal suo Princi-  
 pe, se nell' angustie della  
 guera, Sieno in sempiterno  
 tenuti. Roccabell.

hihil acceperunt. Sed non milites solum, & quis in aula & ciuili statu, qui non idem conqueritur? & pudendum est, quod non his solum, sed Regiæ mensæ inter tot miliones victus defuit; quæ dum admirari, & ex officio monere cæperant suprema Regni collegia, exilio, aliisque coërcitionibus multabantur.

III. Hoc etiam exactio-  
num acerbitatem lenire obseruatum est, si exactores sint honesti, non crudeles & auari, ideò hoc curant cordati Principes vt exciuium numero illos petendis tributis præficiant, qui probitatis & integritatis famam habent, & qui amantur ab incolis, ac vt illi ab ordinaria & vsitata via pecuniam recipiendi, in ærarium inferendi, & exacto calculo comprobandi non facilè discedant, sed vt alia pleraque peruersè, ita in hoc quoque peccauit Gallia, quod thesaurarios, & solitos in prouinciis tributorum receptores, aboleuit, rationum cameram negleuit, & fœneratores in eo loco restituit, qui armatâ manu, licitorum instar, prouinuias circûbant, populum sine commiseratione vllâ excoriantes, vt nil nisi terrorem & solitudinem relinquerent; direptis enim facultatibus miserorum, in corpora tandem sæui-

In minimis quoque rebus omnia antiquæ consuetudinis momenta seruanda.  
*Valer. Max.*

L' obedire per se stesso è duro, s'aggiungi la violenza, s'inaltraisce in maniera, che stimato giogo infelice, non si trouera humore, ben che placido, che non proeuri di sottrarre il collo.  
*Macb.*

tum est, & si in Villa aut oppidulo supererat quidam melioris conditionis, pro egenis solueret cogebatur, vsque dùm & ille succumberet. Et hæc omnia in Regis & publicum vsus minimè cessisse ex eo apparuit, quod isti exactores & publicani ex infimæ conditionis hominibus, opulentissimi exiguo tempore deuenierant, idque ædium structurâ & emptione bonorum, ad extremam vsque inuidiam testati sunt. Et dùm ab his quorum intererat, ad rationem reddendam postulabantur, à ministris publicis protecti sunt, & qui contra auderent, Maiestatis crimine notati. Ita nec illi admissi sunt, qui eundem prouentum obtulerunt Regi, modò rapaces illi vultures dimitterentur, & pecunia solito & antiquo modo, sine tantâ subditorum vexatione exigeretur.

IV. Consultum quoque habitum fuerat, & in omni ferè statu probatum, vt onera publica non pauperibus & plebi solùm, sed ditioribus ad proportionem incumbant, ac vt illa vectigalibus grauentur quæ luxum & superflua subministrant, magis quàm quæ vitam & alimenta pauperibus. Sed tantum abest vt in Galliis illa seruetur proportio, vt nihil communius quàm pau-

S'accrescono le miserie, e con questei pericoli, quando sci'en piu mani à distrahere e lacerare il corpo del popolo. Roccabell.

In Roma tutto 'l peso delle taglie e grevezze era soffo- pra i ricchi. Bot. l. 7.

Nos habemus luxuriam at- que auaritiam; publice ege- stare, priuatiu opulen- tiam. *Salust.*

peres videre pauperrimos, diuites uero di- tissimos quis enim non stupefcatur, ad im- mensum luxum & abundantiam potentio- rum, & iuxta non misereatur grandissimæ plebejorum miserix? sed quomodo tan- dem corpus subsistat, cuius uenter & bra- chia omnem ad se substantiam trahunt, & in deformem grossitiem excrefcunt, pedi- bus ex-gracilitate nimia extenuatis, illis considerandum relinquo.

Nefas est dispensatorem publicum in delectatione- suas suorumque conuerte- re, id quod prouinciales de- disserit. *Lamprid.*

V. Asperitatem tributorum id quoque mirificè mitigat, si uiderit populus exactam pecuniam cum iudicio & parsimonia dis- pensari, atque in Reipublicæ salutem & splendorem conuerti, cuius documenta sunt, si luxus cohibetur, sumptuariæ leges ferunt, boni & uirtuosi recompensantur, & si ædificia publica prouidè conseruan- tur. Quæ omnia, ne ad partes deueniam, in Gallis fuisse neglecta, & in contrarium facta, communis omnium querela est. Quò- uero 58. milliones, qui sine alia specifica- tione, sub secreto (comptans) titulo in ex- pensarum codice annuatim reperiuntur, deuenierint, inquirere anceps & illicitum.

Non ulla expeditior ratio augendi census, quam de- trahere quotidianis sump-

VI. Ultimò ad subleuandam contri- buentium egestatem, plurimum facit com- merciorum libertas & frequentatio, atque



vt subditi ex mercatura, opificiis, agrorum cultura, metalli fodinis, aliisque incrementis ditescendi occasiones reperiant, sed & hæc penè sublata Gallis; dùm enim diplomate publico partim inhibent, partim depredatione nauium in Mari Mediterraneo Batauos & Italos offendunt, nec propter bellum cum Belgij parte & Hispaniis vlla communicatio, nec ipsi Galli navigationibus potentes; interit paulatim illa commerciorum vtilitas & concupiscentia, nec aliud restat, nisi vt vnus alterum excoriet.

~~~~~

Privilegia & consuetudines populorum non facile mutanda.

IV.

VT Principi, ita populo sua iura sunt quæ dum vtrinque illibata manent, indissolubili nexu copulantur illa iubendi æquitas & obediendi promptitudo, & solidum statum efficiunt. Dum verò proportionem debitam excedunt, & hic vel ille, alterius limites inuaserit, vacillat subito & concutitur, cuiuscunque fuerit, Reipublicæ corpus. Sunt autem præter communia

Respublica nulla est, ubi leges non tenent imperium.
Arist.

Nello stato come ne gli edificiij, l'ornamento si muta, la base eternamente si lascia, Così quelle legi che fondamentano la forma del gouerno. Rossell.

illa naturæ & Gentium iura, diuersæ Regno-
 rum constitutiones, quibus Regi sua tri-
 buitur dignitas & in subditos. Ius; subdi-
 tis quoque modica libertas, & vitæ, bono-
 rumque salus, vt, his obseruatis, ille à tyran-
 nide, hi à licentiâ abstineant. Hinc mutæ
 illæ obligationes, capitulationes & iura-
 menta. Sed, siue per ambitionem, siue per
 metum, & mutandi libidinem, nihil fre-
 quentius videmus, quàm leges & priuile-
 gia solenniter iurata imminui, proscindi,
 & antiquari. Sermo non est de illis, quæ ve-
 rustas abolet, cum & illa suum ius habeat,
 & indignum est de mutatione eius neces-
 saria conqueri. Sed quæ per hanc appro-
 bata, & robur suum acquisuerant, per vio-
 lentiam nisi cum motu & alteratione con-
 uelli nequeunt. Austriaci Duces, Regnis
 & amplissimis in Germania ditionibus non
 contenti, Imperium quod beneficio Ordini
 acceperant, hæreditarium sibi facere
 totumque inuertere studuerunt, iuribus
 & priuilegiis Electorum, Principum & sta-
 tuum vi & contemptu abolitis, neglectis-
 que, sed triginta annorum bello errorem
 hunc luerunt, & omnia demum in priorem
 statum restituere coacti sunt. Hispano ca-
 rius illa dementia stetit: post diuturnum

Digna est vox Maiestate
 regnantis, legibus illiga-
 tum se Principem profiteri.
Theod. c. dell.

Non oportet seruitutem
 putare ad Reipub. normam
 & leges se componere sed
 salutem. *Arist. Pol. 5.*

[Faint mirrored text bleed-through]

[Faint mirrored text bleed-through]

enim bellum & innumerabiles sumptus, non in priorem statum, mutata ipsi restituere fas erat, sed subditos & rebelles, pro libero & independente populo agnoscere cogebatur, vt de Lusitania & Catalonia nil dicam, de quibus adhuc lis. Quam improperé quoque Angliæ Regi cessit tentata illa iurium innouatio, nuperum & heu lugubre eius exemplum docuit. Et hi fructus sunt pertinaciæ illorum, qui omnia sibi licere existimant, & antiquas subditorum consuetudines & priuilegia, temerè mutant, innouantque, vel penitus tollunt. Gallia Monarchia non temerè & fortuito creuit, sed constitutionibus certis & legibus velut fundamentis innititur, quæ vsque dum illibata manserant, & in debita Regem inter & subditos proportionem & harmonia, validus per se & florens Gallia status fuerat; mutari autem in eo cœpit, dum Reges omnia ad se trahere & exiguam Ordinum rationem habere cœperunt: Conuocata olim sunt comitia, quibus Regni statum exponere & cum quibus de pace & bello, de tributis imponendis, aliisque grauioribus negotiis deliberare consueverat, sed annis triginta quinque id cautum est vnice, ne illa Ordinibus conueniendi

Illi hominum tutissimè agunt, qui presentibus moribus legibusque etiam si deteriores sint, nihil variantes, Remp. administrant.
Thucyd.

Positas semel leges constantes seruare nec vllam earum immutare. *Dion.*

Super omnibus negotiis melius atque rectius olim prouisum: & quæ conuertuntur, in deterius mutantur.
Tacit.

Tra i Regni benè ordinati & governati à nostri tempi, è quello di Francia, è in esso si trouano infinite constitutioni buone, donde ni dipende la libertà è sicurtà del Re, delle quali la prima è il Parlamento, e la sua autorità. *Msch. c. 19.*

Vir ciuillis & Republicam tractare incipiens, ramdiu ciuium moribus consentaneè uiuat, & se ad eorum naturam accommodet, atque scitè confectetur ea, quibus populus soleat delectari, donec opinione virtutis,

libertas permitteretur. Interim penes Parlamentum antiquitus fuerat, Ordinum Regni vices obire, eorumque iura tueri, attendendo an æquum, honestum & utile, & an Gallia consuetudinibus conforme quicquid Rex iusserit & statuerit, adeò vt nulla Regis edicta rata sint habita, quæ coram Parlamento non sint cognita & Consiliariorum suorum sententiis comprobata. Et exempla docent non bella fuisse indicta, non pacem initam, nihil de moneta, tributis, legibus, Magistratûs exauctoratione, de capitibus sententia vel leuioribus statutum fuisse, nisi curia huius voluntate & consensu, quem Reges quandoque adeò impetrare nequiuerant, vt Parlamentum seu authoritate sua, seu remonstratione supplici sæpius intercesserit & regios conatus fecerit irritos. Et hæc temperamenta haud inutilia quis dixerit, quæ Richelius Cardinalis, validus Regia Authoritatis assertor, ligamenta & fræna Rege indigna censuit, & ideo excutienda. Suscepit itaque & ausus est quæ ab initio Monarchia feliciter vsurpata, simul abolere & confundere: Comitibus, vt dictum est, abhorruit, Ordinibus Regni non competere existimans, de eius administratione esse sollicitos.

tos. Parlamenta ad Iustitiam inter particu-
 lares administrandam adegit, quamuis nec
 id promiscuè datum est. Si quid enim ad
 gustum eius iudicandum erat ad aulam
 euocauit, vel commissariis certis, suis ex
 Parlamento satellitibus, concredidit.
 Publica verò haud illis tangere fas. Et
 sic sine vlla remorâ liberè grassabatur, de
 vitâ & bonis subditorum, & de antiquis re-
 gni constitutionibus pro lubitu disponens.
 Grata hæc dominantibus, ideò, qui succes-
 serunt, haud difficulter incepto tramici in-
 stunt. Sed euigilauit tandem senatus ille
 Magnus, & iura sua Regni que capessit: pu-
 pillum esse Regem, & in illa ætate plus si-
 bi iuris competere asseuerans; non ita ab-
 solutè omnia geri in Gallia moris esse, quod
 si iniuria temporum indulgere aliquo tem-
 pore coacti sint, non ideò se continuo pas-
 suros, & extremam adesse necessitatem, cur
 id nequeant. Et sic coeunt Suprema Re-
 gni Collegia, & vniuntur, quod cum sibi
 infaustum existimauerit Cardinalis, & Ma-
 gnis Ausibus obicem poni, auctoritatem
 Regiam appellat, illam, ni captis desistant
 curiæ, violatam iri, ac ideò cum exilia ac
 minæ nihil profuerint, extrema intentanda
 & hinc illæ lacrymæ.

& fide iam comparata au-
 thoritati inniti possit. *Plut.*
 Dignitas in sententiis di-
 cendis, libertas in Republi-
 ca capeffenda iublata est
 tora. Nam aut affentendum
 est, nulla cum grauitate
 paucis, aut frustra dissen-
 tiendum. *Cic.*

Ciuium non seruitus tibi tra-
 dita sed tutela: nec Respu-
 blica tam tua est, quam tu
 Reipublicæ. *Seneca.*

In eum qui inreagere & sa-
 tisfacere paratus est, nefas
 bellum sumere, tanquam in
 inimicum. *Thucyd.*

*Authoritas & respectus nunquam temerè
exponendi.*

V.

Contemptus pessima omni-
nò & Regnis, quorum ani-
ma & vita ipsa est auctori-
tas. *Lips. Pol. 1.*

Ningun bajel es mas peli-
grota que la Corona, ex-
puesta à los Vientos de la
ambicion, à los escollos de
los enemigos, ij à las bo-
rascas del pueblo. *Sauica.*

Clivilis Principum anima, autoritas
est, quâ vnica subsistunt, atque à pri-
uatis subditisque differunt. Quid enim si-
nè hac, vnicus inter tot Myriades homi-
num? Sed vt illam acquirere artis est, sic
partam tueri, labor & industria. Sunt qui-
bus cum periculo sæpius alliditur, scopuli,
nec desunt qui exterius incumbant turbi-
nes, quos dum prudenter euitat generosus
Princeps, iuxta illi cauendum est maximè,
ne illam oculi sui pupillam, quibus vel ad
minimum lædi queat, occasionibus obie-
ctet. Facem ardentem si vento exponis &
pluuiis, conqueri nequis, si extinguitur,
sic immeritò à subditis pœna exigitur, dum
Princeps autoritatem suam spontè vel
imprudenter violandam prostituerit. Illa
enim opinio & existimatio est, quæ de suffi-
cientia Principum ex amore & metu opti-
mè temperatis, concipitur, & Respectus
appellatur, qui venerationem & postea
obedientiam gignit. Solidum nihil inest,

magis enim famâ, quàm vi subsistit. Tenerrimè itaque haberi vult, & nunquam nisi cum securitate & certo rerum successu

vsurpari: evulgato enim arcano, posse auctoritatem Principis impunè ladi, contemptus sequitur & omnium rerum confusio. Obseruatum est belli huius tempore, nihil magis conquestos esse Ministros Galliaë, quam Auctoritatem Regiam fuisse læsam, & reparari oportere vel cum periculo totius rerum summæ: Et benè, Princeps enim sine auctoritate, pauo est sine cauda. Et idem est nullos habere subditos, & principem contemnentis. Pro hac igitur nihil non condignè impenditur. Sed præstitisset mea opinione, & violento hoc remedio non opus fuisset, si Domini Ministri, auctoritatem illam, quam nunc toties crepant, cautiùs conseruassent. Verùm non semel, sed toties illam violatam viderunt, & sine aliâ castigatione rursus exposuerunt. Vnio quatuor Curiarum Regio nomine prohibita fuit, sed nihilominus continuata; Arresta Parlamenti per diplomata Regia, cassata fuerunt; sed hæc rursus, ab illis condemnata. Consiliarios in exilium vel carcerem missos, post biduum minitanti plebi reddere coguntur. Et post hæc om-

Nihil rerum mortalium tam stabile & fluxum est, quam fama potentiaë nec stã vixit. Tac.

Niuna cosa è, che più roini la reputatione di un Principe, che il cadere no concetto de gli huomini dinon haver animo, è pos, senza di risentirsi dell' ingiuria, e non esser pronta a Castigare. Guillard. l. 40

S' altro volte habbia il popolo dato de' piedi al padrone, guardi non irritarlo à rinouar il fallo. Guillard. Si clementes esse velimus, nunquam decerunt bella ciuilia. Cic.

nia, gratiæ Parlamēto & Ciuibus actæ, qua-
 si fideliter omnia, & nihil contra volunta-
 tem Regis fecissent. Rursus armatam se
 exhibuit authoritas Regia, at non minus
 temerata fuit, dum enim quicumque huius
 belli authores fuere, exiguâ manu Parla-
 mentum sibi dedi postulant, vel vrbi fa-
 mem & incendia minantur, illudere peti-
 tis & resistantiam ipsi docent. Hinc ad que-
 relas & criminationes; rebelles & Maiesta-
 tis reos esse quotquot obstiterint. Demum
 & hæc recoquere coacti sunt, & pro bene-
 ficio habere, pace quantocius factâ, om-
 nia in priorem statum restitui.

*Indecorum est atrectare quod non
 obtinetur.*

V I.

Vi fœlicitatis est, quantum
 velis, posse, sic magnitudi-
 nis, velle quantum possis.
Plin.

Multa magnis Ducibus, si-
 cur non aggredienda, ita
 semel aggressis non dimit-

Felicissimus hominum esset, cui om-
 nia vsque ad eò ex voto succederent,
 nullibi remoram experiretur seu impinge-
 ret. Quod cum difficile factu & ferè supra
 mortalium vota sit, conatur nihilominus
 vir prudens vt ad hanc fœlicitatis speciem,
 quàm potest, quàm proximè accedat. Et hoc
 obtinet dum passionibus suis frenum im-
 ponti

ponit, & nihil quod non honestum & licitum, concupiscit, nec aliquid aggreditur, cuius se fore compotem non animaduertit. Ideò circumspicit homo cautus, cuius naturæ sit res, quam desiderat, quid in illâ commodi, quæ difficultates, an parem se illi assequendæ, vel imparem sentiat, quantæ illius vires, cum quo sibi res foret, & quid tandem detrimenti in repulsa, quibus omnibus accuratè pensatis difficillimè errorem incurrit, sed decorum in quaque fortuna seruat & existimationem prudentis & circumspècti. At contra hanc regulam, vtramque Belligerantium partem peccasse euidentis factis & manifestum est. Cardinali cum Parlamento & plebe res erat, & quotiescunque aliquid iuberet, autoritate Regiâ vtrunque velatus, repellitur, quia nempe indecorum mandauit & mandata exequi impotens erat. Salaria Officialibus demere, idem erat ac victum & vitam tollere, cui obstitit natura, & ius præbuit repugnandi. Deliberationes & conuentus Curiarum impedire, & inauditos, exilio & carceribus mandare, Statutis & Priuilegiis contrariabatur, & fortiter reclamantes inuenit, **Tra-**ditores quosdam ex Parlamento accusauit,

tenda esse: quia magna famæ momenta in vtramque partem fiunt. *Liv.*

Guardi si di non tentare impresa che sia sopra le sue fonze: e di non entrar in negotio, non in affare, che non sia sicuro, d'hauerne à riussir honoratamente.

Bos. l. 2.

Ce n'est rien d'auoir bon droit, ce n'est rien de regorger de bonnes raisons, n'ayant la force de s'en seruir, & les mettre en lumiere, il faut donc dissimuler, où il faut auoir des forces & occasions de se monstrez.

Martin.

Omnia toleranda, nisi aut indignitas aut turpitudò in reho. *Arist.*

Periculosum est de potentibus viris pessima quæque Principem, eorumque vin-

dictam meditari. Sæpè enim innocentes & mulorum inuidia defert: & qui primum horrorent scelus, pœnam metu & Principis ira in furiosa Consilia propelluntur.
G. Forster.

Multi dum se tam Magnos, quam audiunt, credunt, at traxere superuacanea, & in discrimen rerum omnium perueniunt bella. *Seneca.*

Metiri sua Regna decet, viresque fateri. *Lucas.*

qui coniuratione cum Regni hostibus factâ, Regiæ personæ manus inferrent, sed accusationem prosequi, & illos conuincere, nequiuit aut noluit. A verbis tandem ad Arma & vim; & decem ferè millibus militum, Myriadem hominum, & inter illos centum mille armatos, fame necare aggreditur, qui vltimus errorum & maximus erat. Parisienses quoque conditionis suæ & virium obliti, necessariâ defensione non contenti, chartaceis armis conflantur & furunt, exercitum Regium 30. ab vrbe miliaribus proscribunt, comnearum asportari iubent, Cardinalem ab Officio mouent, bonisque & beneficiis spoliant, quasi verò in illorum potestate esset, illa omnia executioni mandare. Ac ita, dum neutra pars conditionem & vires suas ponderat & cognoscit, nec in difficultates, quæ superandæ sunt, inquirit, turpiter hærent, & debilitatem suam exteris deridendam produnt.

~~~~~

*In arduis extrema semper via tentanda est.*

VII.

**F**requentibus exemplis & successu prospero, comprobatum est satis Pa-

radoxon illud Politicum, non medium in grauioribus negotiis, sed extremum laudabile esse & sectandum, vt pluribus id explicare superfluum. At nec illud in Gallia vsurpatum fuisse, hactenus apparuit. Bellum cum Hispanis eâ felicitate perduxerunt, vt finem imponere quouis momento possent, & pacem obtinere proficuum, gloriosam, & omni quam vnquam Gallia fecerat pacificatione superiorem. Sed dum hanc nolunt, & bellum ob egestatem & penuriam continuare nequeunt, fœderatis in bello & sociis amissis, occasione rei benè gerendæ semel neglectâ euentui se committere coguntur, ignari quò fors & fortuna trahant. Et si tandem pacem qualemcunque obtinere poterunt, quæ precor differentia, inter illam, quæ in Orbis conspectu, testibus cunctis Europæ Principibus & ad securitatem pacis in vnum simul colligatis, per Mediatores eximios habere potuissent, & separatam illam quam in obscuritate & angulo aliquo soli tandem paciscuntur? Pariter in domestico bello nec seueritate vti potuerunt, nec clementia, sed dum media incedunt via, nec meruendos se reddunt nec amandos, ac ita in odiû & contemptum facillimè incurrunt. Potuissent

Quella strada per vincere è piu gloriosa, e piu breue, che ha piu sicureza, e mena sangue. *Rossabell.*

Vt in puteum facilè te immiseris, haud facilè eduxeris: sic in bellum. *Lips. Pol. s.* Semel profectò premere felices Deus cum cœpit, virget, *Seneca.*

Magna in Republica momenta sunt temporum, & multum interest, idem illud, vtrum antè an post decernatur, suscipiatur, agatur, *Cicero.*

Tutum non est eos ledere, quos perdere non possis. *Strada.*

Amorem apud Populares, metum apud hostes quaerimus, *Tac.*

Optor virum Principem,  
non recte tantum impera-  
re scire & posse, sed etiam  
humaniter. *Plus.*

Omnes qui magnarum re-  
rum Consilia suscipiunt,  
estimare debent, an quod  
inchoatur Reipublicæ vile,  
ipsis gloriosum, aut promp-  
tum effectu, aut certe non  
arduum sit. *Tacit.*

Frustrâ te terrores succinxe-  
ris, ni sepius caritate fueris;  
armis enim arma irritantur.

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

*Plus.*

set Cardinalis, dum de pecuniâ publicâ ma-  
lè administratâ, Prouinciis exhaustis & pa-  
ce neglectâ conqueri cœpit Parlamentum,  
quantilla humanitate rem componere, si  
præcipuis Officialibus ( qui certè illo se-  
cretò non indigni ) indicasset, quæ pacis  
remoræ, quanta obstacula, quæ belli ne-  
cessitas, & quantum in eo penderetur num-  
morum, & si Reliquarum expensarum ex-  
hibuisset calculum, nec inquisitioni Iusti-  
tiæ rapaces illos prædones & exactores  
subtraxisset. Sed nec illa placuit via, nec al-  
terum extremum, vt vi cohiberet repu-  
gnantes, ne contra hiscere auderent. Ten-  
tauit id equidem bello, sed quali bello: vni-  
ca prætorianorum cohorte, ipsas populi  
delicias & fautores media die eripere ag-  
gressus est, at simul restituere coactus; &  
licet hoc pro documento habebat arctæ  
inter Parlamentum Populumque conne-  
xionis, rursus tamen impingit, & cum le-  
giones aliquas vrbi admouisset, obsessam  
illam & bellum declarat, ni dederet popu-  
lus patronos suos & tot Parlamenti capita  
mactandos. Aduersarios inuenit, plus 12:  
Principes viros, & inter illos Regij sangui-  
nis. Parisium seu multitudinem spectes,  
seu potentiam & opes, multarum instar vr-  
bium

bium est, & cōtrā Aggressores fortiter vni-  
 tum. Prouinciæ cæteræ malè habitæ, quæ  
 non iungebant sese, euentum spectabant  
 ociosæ, sine alio Regiis partibus subsidio  
 dato. Ab alterâ parte Poloni ingruebant  
 & Germani, gentes feroces, sed exiguo nu-  
 mero, & ob non soluta stipendia, animo &  
 viribus extenuati; Gallorum quotquot e-  
 rant, à ciuili abhorrebant sanguine, & dum  
 parentes & coniuges, pignora cariora in  
 vrbe reliquissent, fame illos necare barba-  
 rum duxerunt, ac ideò minori cura, com-  
 meatum, vt in iunctum erat, impedierunt.  
 Et hoc apparatu, toto trimestri tempore,  
 Charantonium & Briam oppidula duo ex-  
 pugnarunt, Et hoc memorabile illud bel-  
 lum est, quo de rerum summa decernitur,  
 & authoritas Regia dicitur reparata. Sed  
 nec vos prudentiores existimo, Domini  
 Parisienses, dum inter ancipitia ambigui,  
 nec parère potestis, nec seueritatem rebus  
 commodare. Præstitisset certè, si ab initio  
 abstinuissetis rebus, quæ non vestrarum  
 partium, & frequentibus illis minis, iniu-  
 riisque de renouando 1617. Arresto, quæ  
 metum primò, mox cæteras causata sunt  
 calamitates. Sed cùm necessitate ad defen-  
 sionem vos adactos deprehendistis, & ra-

Inter ancipitia deterritum  
 est media sequi, nec audere  
 satis nec prouidere. Tac.

Vir eâ ratione fiet optimus,  
 si in deliberando quidem  
 cunctetur, & prætimeat

quicquid potest contingere:  
in agendo autem confidat.  
*Herod.*

Rectè consultare nec com-  
modum scire consulta exe-  
qui, procedit ab ingenio  
maximo & exigua pruden-  
tia, qua non frequenter  
pollent actia illa ingenia.  
*Bart. Phil.*

Nullus cunctationi locus est  
in eo Consilio, quod non  
potest laudari nisi per actum.  
*Tac.*

Plus interdum sapit Popu-  
lus, quia tantum, quantum  
opus est, sapit. *Lactian.*

Heu mihi Philosopharis, ar-  
qui Philosophi sermone so-  
lo suat sapientes, exteris in  
rebus noui ego esse stultissi-  
mos. *Sacr.*

tionem ad arma capienda vobis suppetere  
videbantur, re non minùs quàm verbis, Iu-  
stitiam illorum & vos viros esse, ostendere  
oportuisset. Arrestorum eratis prodigi, bel-  
lo expedienda iniunxistis, & subito con-  
demnastis inauditum, quæ immutabilia  
fatorum decreta, quis dixerit, sed in execu-  
tione ipsimet hæere cœpistis, dubitantibus  
similes, an æquum & honestum fuerat pro-  
positum vestrum. Conquestus est sæpè po-  
pulus, iactam fuisse aleam, nec esse cun-  
ctationi locum; vel non incipiendum fuis-  
se bellum, vel quâ decet alacritate, profe-  
quendum, esse sibi vires & animum; vten-  
dum feruore, ne in priores relaberentur an-  
gustias. Sed obmutuit Oraculum, & appa-  
ruit aliud esse pulchra dicere verba, & li-  
tem in foro contestari, aliud in campo &  
armis; ignaros esse Bartolum & Baldum &  
ipso armorum sonu pallefcere. Denique  
cùm pœnitentia vtrinque ducti & bello  
impares, mutationem desiderarent, leuita-  
te & inconsideratione eâdem ad composi-  
tionem ferebantur præcipites. Sine alio ita-  
que fructu sanguinis effusi, Prouinciæ de-  
uastata, & perpefforum vtrinque malorum,  
omnia in priorem redeunt statum & con-  
fusionem, deuoratis egregiè Sacrosanctis.

Illis Regiis decretis & Parlamenti Arrestis.  
 Et si solida foret pax, condonanda esset hæc præcipitancia publico, at compertum fuit, nec sincerè & seriò egisse Regios, nec Parlamentarios sui suorumque fuisse memores. Quæ enim hæc vecordia, non publico consulere, nec interessatis, sed frustula quædam compingere, Ducibus & militiâ totâ, turpi ingratitude nota, exclusis, neglectisque, & hoc pacem appellare! Docuit euentus quàm hæc sinistrè à Parlamento, Ducibus & populo accepta fuere, & sic de nouo pacisci oportuit, & nondum constat, quâ soliditate illa transactio futura. Usque dum enim semina restant, & malorum causæ, nec vlla pars eò redacta, vt nocere nolit aut nequeat, non confidentia redditur nec securitas. Et sic dùm media inceditur via, extremis & generoso quouis ausu neglectis, in pace æquè ac bello hallucinatum est.

Oportet eos qui rebus præsumunt, nihil magis curare, quam vt eos ne lateat, quo animo sint, qui aut bella finiunt aut amicitias constituunt, quando temporibus cedentes, & quando renent animis fracti pacem inueniunt.  
*Polib.*

Frequentiùs, conuentio, num, pacisque simulatio, credulis, quàm arma nocent. *Veget.*

*Necessitati cedere & dissimulare, prudens est,*

### VIII.

**N**ecessitatis illa vis & dignitas est, vt facile & honestum reddat, quicquid La plus dure, mais la plus iuste Loix du monde, c'est celle de la necessite, il y a du

mal heur à luy estre souf-  
mis & de la sageſſe à luy  
obeyr. *Reflex Pol.*  
Optimum est pati, quod  
emendare non poſſis. *Seneca*

Tota la ſcientia Politica  
conſiſten ſaber conocer los  
temporales, y valerſe dellos,  
porque à vezes mas preſto  
conduce al puerto la tem-  
peſtad que la bonanza,  
*Empresas Pol.*

Optimo modo è, diſſimula-  
re (quando ſi puo) di ſaper  
il diſordine à cui non ſi puo  
remediar Senza maior di-  
ſordine. *Forerò.*

Turpe alienarum poſſeſſio-  
num cupidine bellum ſuſti-  
nere non neceſſarium, atque  
adeò cum propriarum opù  
periculo coniunctum,  
*Dion. Halicar.*

culi p[ro]p[ri]etate, quod, anſu, ad  
ſuſt[en]d[um] ab xpo. I. ſuſt[en]d[um]  
ſuſt[en]d[um] p[ro]p[ri]etate, et ad

quid aliàs impoſſibile haberetur & turpè  
adeò vt huic cedere & beneficio eius frui,  
pro lucro habuere viri præſtantes. Qui ve-  
rò contra inſurgit, quid aliud aſſequitur,  
quam vt palàm fiat, quanta eius debilitas  
ſit & imprudentia, & quod peius eſt, haud  
aliam meretur commiſerationem ac ſi ca-  
put parieti ſponte ſua impingeret. Sed vt  
decorum conſerues, ac vt minus appareat  
te inuitum ceſſiſſe, maturè ſelectas, & pro-  
prio motu, libenterque id feciſſe ſimules.  
Ac ita, quod hodie obtinere nequis, tem-  
pus & occaſiones aperient, vt tandem ho-  
neſtè aſſequaris. Et huc diſſimulatio facit,  
neceſſarium illud instrumentum regnan-  
di, quod niſi oportunè & ſolenter quando-  
que uſurpaueris, nudum te proſtirues &  
difficilimè voto poteris. Et hæc vt remedia  
inferuire poterant nupera Gallorum emo-  
tioni, ſi diſſimulandi, cedendique tempora  
nouiſſent. Neceſſarium videbatur Hispa-  
nicum bellum ſimul cum Germanico fini-  
re, quia nec illud continuare vltèrius potuit  
Gallia, vnde quaque expilata & debilis, Nec  
eo lucrari plus, quàm ab Hispanis Mona-  
ſterij offerebatur. Quin periculum erat,  
pletaque illorum perdere, dùm Hispano  
animus creuit & facultas belli continuandi,



ex occultâ, quam à Cæsare & quibusdam Imperij Statibus, sperabar, assistentiâ, & Gallia socios amisit, & egestate ac seditionibus laborabat. Quid igitur mali, si rebus instantibus necessitati cessissent, & pacem securam bello incerto prætulissent: sic dum opinio inualuit, Mazarinum ineptum rebus, vel minus fidum, quia peregrinus, & hinc contemptus & odium accreuit, ut propter illum tota rerum summa periclitaretur, nescio an eius magis admiranda sit peruicacia, quod vniuersali omnium odio, & hinc ingruenti tempestate se non subtraheret vel obstinatio illorum, qui ob vnius personam & quidem exteritanto se exponerent discrimini; nec enim adeo necessarius videbatur & tanto pretio dignus, ut ob eius conseruationem pessumdaretur status, & huius ruina redimeretur minister. Exempla memorant pro sapientibus habitos esse, qui, ne scandalo essent populo, maturâ secessione factâ, locum dederunt inuidiæ & fortunæ aduersæ. Nec ideo Princeps authoritatem suam lædit, si plures omnes faciat quam vnum, & si cunctis inuisum, vel demittat, vel iustitiæ se purgandum relinquat, idque honestiùs exequitur & sine aliquo suo dedecore, si sponte sapit,

H

Non e<sup>t</sup> inconstantis sententiam velut nauigium, ex Regni aut Reipublicæ tempestate moderari. *Sand.*

Les aduis doiuent estre accommodez à la necessité du temps.

Cedere alle volte al tempo, e à grandi incontri, è cosa da huomo sauiio; perche ad vna inseparabile tempesta non si ripara meglio, che con calar le vele. *Sor. i. 2.*

Quand on ne peut changer le cours des affaires, on le doit suivre; c'est se noyer de se roidir contre vn torrent.

*Reflex. Pol.*

Rebus inclinatis, meliùs ut te inclines. *Lips.*

Quod faciendum est necessario, quodque impediri nequit, sponte se facere Princeps præferat. *Bod.*

Gli huomini prudenti si fan-  
no grado. Sempre delle colpe  
ni ogiloro azzione. E sco-  
ta che la necessita gli con-  
stringe à farlo ni ogni mo-  
do. *Machrael.*

Princeps rebus suis ad inte-  
ritum vergentibus, petitis  
licet iniustus annuat, prius-  
quam dextrè ratiocinando  
peccat. *Mangenb.*

In omni calamitate, cogi-  
tatio ac consilium defama  
& existimatioe nominis  
conseruanda debet postpo-  
ni consilio de seruanda re-  
fina summa & tota Repu-  
blica.

& instantiæ suorum anteuertit. Carolus V.  
Imperator & Hispaniarum Rex, Cardina-  
lem Ximenium optimè meritum, & qui  
minoritate Regis, Hispanias felicissimè ad-  
ministrauerat, aula & officio remouit, quia  
Procerib<sup>9</sup> habebatur inuisus, & ne hos om-  
nes sibi abalienaret, vnicum illum senem  
seponere maluit. Nec alia erat causa cur  
Philippus secundus Cardinalem Granuel-  
lanum administratione Belgij remouers  
coactus erat, quàm quod ordines instabant  
& illum malorum omnium causam credi-  
derunt. Ita Matthias Imperator passus est,  
vt Archi-Duces Austriæ Cardinalem Cle-  
selicum, cui publica incumbabant negotia,  
ab ipsa Imperiali aula captiuum abduce-  
rent. Nec cerè sponte suâ Ferdinandus II.  
Duces Eggenbergerum & Valenstenium,  
Philippus I V. Comitem Oliuares dignita-  
te & Ministerio deposuerunt, sed à suis ad-  
moniti, & prauo rerum successu, edocti, ce-  
dere necessitati, & grandiora anteuenire  
pericula, tutissimum existimabant, & mi-  
nimè indecorum.

*Vulgus an armorum exercitio assuefaciendus.*

## IX.

**F**erox & morosa bestia vulgusest, non  
lacedita, pastui quidem indulget &  
quiescit; irritata vero furit; & si primus  
successerit impetus, nec vi continetur nec  
ratione, sed potestatis alienæ ignara, ad mo-  
tus & rerum mutationes præceps & intem-  
peranter labitur; & sicut equus aut Elephas  
dum vires cognouerit suas, sefforem facili  
negotio excutit, sic plebs furibunda, vi-  
rium suarum conscia, rectorem non pati-  
tur, nec Dominum. Ne itaque insaniat  
intemperans illud animal, eò redigi oportet,  
ut id nolit & nequeat: & deficiet volun-  
tas, si nec licentiosè nimis, nec seruiliter  
habeatur, & si detur sudore frui, Facultas  
quoque tollatur, si occasiones eripiantur,  
quibus vires exferere suas poterit, & hoc,  
inter alia, fiet, dum populus ignauix innu-  
tritus, vlu armorum interdicitur, & emol-  
lescit. Obseruatum hoc ab antiquis non  
inutiliter fuerat, & ab ipsis Gallix Regibus  
ad securitatem suam, & seditiones vitandas  
vlu penè receptum. Hinc Parisienses pro

Omni populo inest mali-  
gnum quiddam & queru-  
lum in imperantes. *Plot.*

Non ha cibo il popolo,  
della mutazione piu gusto.  
*fo. Rocca boll.*

Sia l'arte in somma quella,  
che suauemente non gli in-  
debolisca; ma gli mortifi-  
chi. *Rocca boll.*

Perche gl' animi, benchè  
vili s' inalzano ogni volta  
che si veggono ni mani le  
forze, e 'l modo di risen-  
tissi, bisogna anco priuarli  
d' ogni potere. *Bar. Rag. de  
Sta. lib. 5.*

Lutetix Parisiorum nebre-  
uissimos quidem gladios  
bajulis ferre licet. *Boet. 4.*

*Pol. cap. 7.*

Mollibus & ignavis habitis, & contempti. Et non inconsultum fuisset, in eadem animi dispositione illos relinquere. Sed contra peccatum est, dum armis & obsidione irritantur, & ad obsoleta & æruginosa arma pigras admouere manus ipsa necessitate coguntur. His enim tandem assue facti, animosiores visi sunt, ut nullo, trium mensium, laborum & vigiliarum tædio ducti, ægrè compescerentur, & arma deponerent. Quòd verò interea & belli tempore, maioris momenti nihil effecerant, nescio annè Ducibus illorum sit tribuendum, quibus forte rationes erant, cur id nollent. Animi enim & virium satis erat tot armatis, ut plura potuissent. Sed quicquid sit, ex illâ armorum assuetudine factum est, ut nec Aulæ Parisiensibus se committere audeat, nec Parlamentum & Magistratus mandatorum suorum potentes existant. Quantâ enim insolentia mandatis se opponere audeat vilis plebecula, quotidiani ferè tumultus docent. & auertat Deus, ne pejora hinc sequantur incommoda. Serò errorem deprehendit Hispanus, quod Belgas suos, diuturno armorum usu, bellicosos reddidit, & inuictos, & nemo non confitetur consultius fecisse Angliæ Regem si elanguidos

Accuratè cauendum est, ne cui præter eos, qui conscripti fuerant milites, arma capere, & militiæ studia sectari liceat, ne Urbani ciues belis assueti, otium ac pacem abhorreant. *Boet.*

Tantum quisque posse postular, quantum habet virium; non ratio, non modus, non lex, non mos, non officium valet. *Cic.*

Debita Agelilæ refert ex Thebanis præmia, Belligerari nolentes, imperitosque homines Belligerati docens. *Anticid apud Plat.*

Sæpissimè Senatus Romanus deprehendit eos, qui vim ad sanandum plebis furorè

& imbelles subditos suos alio quouis remedio quàm armis.

adhibentur, grauitet peccati cauiffe, Bod. Pol. cap. 4.

~~~~~

Tumultuandi occasiones vitanda.

X.

PRout in humano corpore malè constituto, ad vulnus, si quid inflictum fuerit, mali vndique humores concurrunt, illudque, nî simul expurgentur, insanabile reddunt; ita in Republica & statu præsertim turbido, si quæ occasio tumultuandi enata fuerit, protinus accurrent quotquot rerum nouarum cupidi, & quibus in turbido aliqua spes, vt ex nubecula, tempestates tandem oriantur, & imbres ineuitabiles. Sic in nupero ciuili bello, (si ita appellari debeat) cum paucis Parlamenti vnus membris, rem sibi fore Cardinalis credidit, sed simul ac illud decretum est, apparuit, Parlamentum integrum, Urbem totam, plus duodecim Principes viros & Officiales plurimos, hinc indè confluere, & quasi ad rem communem, vires & consilia iungere, & nî transactio præuenisset, quicquid vbi- que maligni, & præsentium impatiens, ad integras vsque Prouincias, confluxisset, &

Multi odio præsentium & cupidine mutationis, suis quoque periculis lætantur, Tac.

Ex paruis sæpè magnarum rerum momenta pendent, Liv.

Curando fieri quædam peiora videmus Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit, Ouid.

malum reddidisset incurabile; tanti est, oc-
 casionem præbere manifestandi, quæ me-
 lius in occulto.

An neutralitas in bello ciuili toleranda.

XI.

Vetus Græcorum institutum fuerat,
 neminem in bello ciuili quiescere
 debere, quin alterutri parti nomen daret,
 vt ita plurimum accessu, præualente vnâ par-
 te, bellum promptiùs finiretur, Et in illo
 statûs genere haud inconsultum id iudica-
 tum est. In Monarchiis verò non ea liber-
 tas, inter Regem enim & Subditos si ad
 arma ventum fuerit, sacrilegum & scele-
 stum dixerim, qui ab horum parte steterit.
 Sed neque in tali casu quiescere bonum ci-
 uem decet, quin pro Rege tuendo sangui-
 nem & bona contribuat, ad hoc enim obli-
 gatio eius, & ipsa honestas illum impellere
 debet. Si verò iuri & authoritati Regis ni-
 hil derogatur, sed euenire poterit vt pars
 vtraque, illam illæsam, & contra vsurpato-
 res iniustos, conseruare prætendat, vt mi-
 noritate Regum, & hoc nupero bello acci-
 derat, liberius iustitiam causæ examinare

poterunt crues, & æquiori parti sese iunge-
 re. Ludouicus Rex modernus infans & pu-
 pillus est, Regina proba & facilis. Inter
 Cardinalem & Parlamentum Parisiense de
 Authoritate Regia lis est: ille hanc asser-
 tam cupit, sed violenter & tanquam Regi
 maiori, Hoc illam saluam desiderat, sed
 saluis iuxtà constitutionibus Regni & pri-
 uilegiis Subditorum, ac inter tutelarem ad-
 ministrationem, seu primi Ministri & ip-
 sius Regis, differentiam inesse asserit, quam
 ille negat. Hinc iudicare debuit pars aliqua
 Subditorum, cui adhærendum erat, & au-
 xilia commodanda. Sed dum illi spectato-
 res egerunt, & neminem consiliis, viribus-
 que iuuarunt, pari fortuna decertatum est,
 & indecisâ lite pax qualiscunque facta est,
 ex eodem relicto dissensionum semine, ad
 infensus bellum propediem eruptura.

Decorum in omni fortuna seruandum.

XII.

AD Maiestatem Principis pertinet,
 dignitatem & de eorum in omni
 fortuna seruare, ac vt dignitate cæteris an-
 testat, animum supra communem sortem

Deue il Principe ricordarsi
 ni tutte le azioni sue, del suo
 grado per non far cosa di
 se indegna. *Isocr.*

Cæteris mortalibus in co-
 stant consilia, quid sibi con-

ducere arbitrentur. Principum diuersa forset, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda. *Tac.*

Quando se vè à los ojos la ruina de los estados, & mejor dejallos perder, que perder la reputacion, porque sin ella ne se pueden recuperar. *Emp. Pol.*

Macrobodius ad *Cæsarem* scripsit, non ut profugus aut supplex, sed ex memoria prioris fortunæ. *Tac.*

Gli huomini grandi sono sempre in ogni fortuna quelli Medesimi; e se la varia, hora con essaltarli, hora con opprimerli, quelli non variano, ma tergono sempre l'animo ferme. *Macchian. l. 3.*

excelsum & impavidum gerere. Nam ut hinc veneratio & respectus nascitur Principi, ita contemptus & infamia, si sui immemor protinus succumbere, vel inertiam quãdam vilescere animaduertitur. Nec abiecius aliquid, & indignius Principe, quam metum & formidinem monstrare, qui non nisi in viles & plebeias animas cadere præsumitur. Hinc laudem meriti, qui in aduersis erecti, memoriam prioris fortunæ & decorum conseruârunt, illi verò pro ignauis, & degeneribus habiti, qui dignitate & animo simul deciderunt. Memorabile exemplum est, & quod mirabitur posteritas, Galliarum Regem, Potentem, Victoriosum, Christianissimum, media ac intempesta nocte fugam capescere cum Matre, Fratre, Auunculo, & tota Regia Domo, dum nec hostis aderat, nec de hostium aduentu fama, dum ciues commestationibus & ludis intenti, nihil præter amorem & obedientiam erga Regem suum spirabant. Et in hoc nunquam excusationem meretur Cardinalis, qui vano terrore percussus, ad hanc indignitatem tot illustres personas, & Regem ipsum, temerè & inconsultò adigerat. Sit enim, quod de mala eius administratione sparsa fuerint voces, & pro habitu eius vota

fortè

fortè concepta, an ideò Regem & Aulam totam dedecus illud committere & Maiestatem exponere oportuit? Certè si amasset Cardinalis Regem suum, & de existimatione illius fuisset sollicitus, morti & periculo cuius se exposuisset potius, quàm salutem & securitatem suam, turpi & indecorâ actione, & tanti Principis famæ iacturâ redimeret. Vel si tanta abeundi necessitas, vt Rex sine vitæ periculo Parisiis subsistere nequiret, honestius ne, & satis tutò, media die, sub alio prætextu, Urbem relinquere, vt alio uorsum se conferre potuit? sed ita est, qui ipse ignauus & timidus, vix animosa consulit, & tenebras amant, quicumque ex tenebris orti. Vel ipse Rex sit, vel Regium gerat animum, qui dignitati Principum consulere fatagit. At non semel in hoc genere peccatum est; visa sunt æstate præterita, ferociente plebe, dominantium ora pallefcere, & protinus fugam meditari: pacata statim sunt omnia & quindecim intercesserunt dies, spatium amplum ponendi metus, at nondum ille euauit; festo die & summo mane Cardinalis cum Rege primus euasit, incognitus quasi & fugienti similis. Insecuta est Regina, vterque sine Regia Pompâ & immemor conditionis suæ

i Francesi nellana voce o:
dono più impatientemente
che quella che disse: il tol
parito è ignominioso per
il Re. *Macch.*

Quando vno se aija de per-
der, mejer es perderse con
generosidad, que con Ba-
ja. *San.*
Intuita quæ indecora. *Tac.*

No puede vn abatido en-
cender peusafieiros gene-
rosos en el Principe. *Emp.*
Pol.

... Multos in summa peri-
cula misit venturi timor ipse
mali. *L. Marc.*

Quis est homo formidolo-
sus & corde pavido? vadat
& reuertatur in domum suâ,
ne pauere faciat corda fra-
trum suorum? sicut ipse ti-
more perterritus est. *Deuter.*

Tanta torpedo inuaserat
animum, vt si Principem
cum fuisset ceteri non me-
minissent, ipse obliuiscere-
tur. Tac. de Vitellio.

agrè tandem in urbem rediére, sed vsque
adeò adhuc perterriti, vt vix publico se
se committere ausi sint. Vt autem noctua-
rum instar, denique euolarint, dictum est,
& vagantur adhuc vt criminales, quò se
tuto conuertant plerumque nescij. Quæ
omnia, vah quantoperè Rege indigna!

*Principem oportet nosse intentionem & inte-
resse Ministrorum suorum.*

XIII.

Principis est virtus maxima
nosse suos.

Priuatæ res semper offerere,
officientque publicis nego-
tiis. Liss.

Nella nauigatione di que-
sta vita procellosa e turbata,
chi cha piu cura delle pro-
prie merci, che della naue,
resta prima in vn cieca aua-
rizia, & poi nell aque co'l
legno insieme sommerfo.

Rocob.

Si ha à por mente à colui il
quale propone, o consiglia
alcuna cosa, se in quel con-
siglio si tratta del pericolo
del proponente, o de vtile e
beneficio die voluij à chi si
propone. Scip. Ammir.

EVidens & heu nimis cognitum est,
publica negotia priuatis Ministran-
tium passionibus eousque inuolui & con-
duci, vt nisi in quantum huic vel illi pro-
sint, officiantur, haud considerari videan-
tur. Sic illa, quibus omnes inferuire de-
buerant, paucorum vtilitati & affectui sub-
iacere coguntur. Ideò nihil vtilius Prin-
cipi quàm priuatas res & intentionem
suorum, probè habere cognitæ, vt illas,
& interesse priuatorum, à suo, & salute pu-
blicâ secernere discat. Nec aliud est in quo
magis cæcutiunt Principes & falluntur.
In necessario igitur malo, id optandum, ac
fortuitum est, vt priuata Ministrorum desi-

deria cum publico bono accordent & coincident, ut dum illa promouentur, hoc simul curari possit. Vitam & actiones Cardinalis Richelij qui considerat, ad viri vnius fortunam & conseruationem, cuncta fuisse disposita deprehendet. Vt cunctae enim publicum praetexebatur commodum, & quod huius causa in Germania, Hispania & Belgio, necessarium foret bellum, & ad tranquillitatem status, matrem, fratremque Regis aliosque ex illo sanguine aula procul habere conduceret, non tamen principaliter, & alio fine haec agitabantur, nisi in quantum fortunae & commodo Cardinalis inseruiebant. Sine hoc enim vel non incerta vel lentius processissent. Interim hoc inde utilitatis habuit Gallia, ut dum ille res suas egit, ad summum fortunae apicem statum redegerit publicum, & Regem suum hostibus & inquilinis formidandum. Eadem nunc agitur fabula, sed dispari successu, non in eo statu Gallia ut ob vnius conseruationem, & quidem exteri, bellorum calamitatibus se pariat dilacerari, ac ita quod incremento vnius, alterius ruinae inseruiat. Alia suppetebant Mazarino media, quibus inclarescere, & se necessarium reddere po-

non est una illa ob omnino

Constitutum Republicae
vtilem esse oportet, & ea
nosse, quae facta sunt opus,
& quae cognoscit, explicare
posset: tum Rempublicam
vnicè amare: pecuniamque
denique contemnere. *Pericles ad Ath. Thucid.*

Ut quisque fortuna vitur,
vita praecellit, & exinde sapere
eum omnes dicimus.
Liv.

Homines plerique omnes,
quicquid praese ferant, plus
in publicis non sentiant,
quam quantum ad res priuatas
pertineat. *Camd.*

Non priuatos focos, nec publicas
leges nec libertatis iura
cara habere potest, quae
discordiae, quem caedes
ciuium, quem bellam ciuilem
delectet. Eumque ex numero
hominum eiciendum,
ex finibus humanae naturae
exterminandum puto. *Cic.*

Sopra l' amore de' popoli,
si stabilisce l' imperio. Chi
Seppe con ante pigliar' il

dominio degli animi, non
haua fatica vel manegio
del resto. Tutto può ed è de-
cente, à chi è padrone d'
onor. *Rocca bel.*

Quando tu vede il Ministro
pensar piu à se, che à te, e
che in tutte le azioni vi ri-
cerca l'ouite suo, questo tal
cosi fatto, mai non sia buon
ministro, ne mai te ne po-
trai fidare. *Machian. 22.*

Ita se res haber, vt publica
ruina quisque malit, quam
sua preteri, & idem passu-
sus, minus conspici. *Vell. Pat.*

tuisset. Dum enim pax, amorem & glo-
riam & magnum Galliarum commodum ob-
tinere potuit, belli continuatione, odium
& infamiam lucratur, & statum vniuersum
periculoso discrimini exponit. Et ad hæc
attendere debuit, cui summa rerum est
concredita. Pariter cum Authoritatem
Regiam obstare censuit, quominus Iusti-
tiam submitterentur exactores publici, pri-
uatam rem suam agi, manifestum erat ac-
euidens, scilicet ne in abscondita illa in-
quirendo, peculatus vulgaretur & notef-
ceret. Sic in consilio de capescenda fuga,
quis tam stolidus, vt non animaduerteret
non securitatem Regis quæri (quis enim
innocenti pupillo manus inferret?) sed
Mazarini solius, qui sub illo prætextu, ho-
nestius elabi, & insequenti bello, de inimi-
cis suis vindictam sumere arbitratus est.
Quicquid deinceps Principes & Duces
partis vtriusque, & Parlamentum ipsum
in hoc tumultu agitauerunt, plerumque
ex interesse proprio motum, ac ad illud
referri optimo iure potest.

Extraneo

*Extraneo an committatur summa Republicæ
administratio?*

XIV.

EXteros fouere & honori habere decorum est Principibus, & ad Magnificentiam illorum spectat, cuiuscumque nationis, virtutum lumina accersere, & aulam suam condecorare. Dignitates verò & officia indigenis præcipere, & in externos conferre, nuquam sine periculo usurpatum est. Et licet illis committantur militiæ, & leuiora quævis munera, haud æquè tuò, summa rerum administratio conceditur, & exempla docent quàm improspere Itali & Angli Gallis, & hi quoque illis præfuerunt, quibus commune factus Cardinalis Mazarinus, cogitare debuit quantum opus susciperet, dum Gallos & tot viros illustres, eodem muneri haud impares, aggredieretur regendos. Vt cumque enim exterum se esse non confiteatur, utpote ciuitate donatus, ingenium tamen & mores, linguam & natale solum, omnia à Gallis aliena, dissimulare nequit. Sed quid non ambitio, & immensa domi-

LECTOS ex omnibus
oris Euehit, & meritum, nunquam
cunabula querit.
Et qualis non vadè salus,
Claud.

Admitte ad te alienigenam,
& subuerret te in turbine, &
alienabit te à tuis proprius.
Ecclesiast. ii.

Más Reinos se an perdido
por ignorancia de los ministros,
que de los Principes,
Sarr.

Non censebat conuenire
cuiquam imperium, qui non
melior esset iis, quibus im-
peraret. Xenoph.

Maximum, cupiditas impe-
rij, malum inter mortales
est. *Liv.*

nandi cupiditas? Rubiconem tranſiuit;
ſeu bene ſeu male ſucceſſerit, poſteritati
erit inter exempla numerandus.

~~~~~

*Periculoſum Principi, vni Miniſtro rerum  
ſummam committere.*

XV.

Contemnantur ij ni quibus  
nullus labor, nulla induſtria,  
nulla cura. *Cic.*

Non de re il Principe met-  
tere ni mano di vn ſuo Mi-  
niſtro, tutto il governo dello  
ſtato & dangli tutta l'au-  
torità ſua, parcio che vinto  
da qualche paſſione potra'  
rovinarli i ſuoi affari.

*Guic. l. 3.*  
Non è coſa niuna piu peri-  
culoſa alle Rep. che la ſo-  
uerchia grandeza di vn  
particolare. *Botero l. 4.*

Communis cuſtodia Princi-  
patus neminem vnum ma-  
gnum facere. *Ariſt.*

Plures facilius munia Rei-  
publicæ ſociatis laboribus  
exſecuturi. *Tac.*

Farale eſt omnium Domi-  
nos vni ſeruire. *Ferſto.*

Beneficij loco habere popu-  
li ſolent curationem à Prin-  
cipe, nè ſecuram ſeruum  
pariantur. *Serada.*

**N**ihil exiſtimationem Principis gra-  
uius lædit, quàm de ignaria & in-  
capacitate illius, opinio, & naſcitur illa  
dum Princeps ſeipſum officio priuar, &  
vices ſuas vni Miniſtrorum committit, eo  
ipſo enim vel ineptum ſe & rebus impa-  
rem confitetur, vel ignariam ſuam prodit,  
dum ocium præfert, curæ Rerum publica-  
rum. Prætereà periculo non caret, vnum  
ex ſubditis nimis magnum facere, & quæ  
diuiſa, plures ſociatis laboribus melius  
exequerentur, iuncta nî vnum conferre,  
cæteris ad inuidiam ſpretis neglectiſque.  
At inualuit penè mos, non Reges regere,  
ſed primum Miniſtrum, Regibus paritèr  
& ſubditis dominari. Odioſa exempla  
ſunt, & ferè vberis recentia, at quid inde  
utilitatis, obuium cuius, & ante oculos,

Excusare sexus & ætas aliquid poterunt,  
sed non ideo sequitur, omnia ab vno cum  
summa authoritate, expediri debere. Ha-  
bet Hispania concilia certa, per quæ, or-  
dine & industria expediuntur, quæ sunt  
publica. Et quid impedit Reginam Gre-  
ciæ, quin illa virgo & iuuenis, grauissima  
negotia, & quæ sunt Principis agat, dili-  
gentia & dexteritate incomparabili, sena-  
tui relictis, quæ illorum sunt, prout ex  
naturâ negotiorum, inter illos vnicuique  
sunt partita?

Il Principe dee commettere  
a' ministri quelle cose che  
sono da ministri, e egli fare  
quelle che sono da Vreanci-  
pe. *Maluozzi disc. 30.*

*Ministrum decet fidei & promissioni  
tenacem esse.*

## XVI.

**R**es inter mortales pulcherrima fides  
est, & ad continendam omnem vi-  
ræ societatem, necessaria, nec facilius in-  
famiam incurrit, quam qui hanc læse-  
rit. Et nemo tam Barbarus & perfrictæ  
frontis, qui non illam colere & æstimare  
præ se ferat, Et sicut in grauioribus,

Nulla res vehemētius Rem-  
publicam continet, quani  
fides, *Cic.*

Prudentia sine fide, vana &  
mendax est, & vasta quædam  
versu: a que calliditas. *F.  
Patri.*

Fraus cum in omnibus fo-  
da est, tum verò in iis, qui  
maiori dignitate sunt predi-  
ti, foetior est, quàm aperta  
violentia. *Thucyd.*

maior illius vsus est, & iactura, ita apud  
illos qui in excelso vitam agunt, magis  
est conspicua, & minus patitur contami-  
nari. Cauerunt itaque insigniter quot-  
quot honoris & famæ fuerant solliciti, &  
ad res sublimiores accincti, vt hanc ve-  
lut thesaurum, integram & illibatam serua-  
rent, ad existimationem sibi parandam.  
Cardinalis Richelius inter alia fortunæ suæ  
stabilendæ adminicula, necessariam sibi  
reputavit opinionem & famam de integri-  
tate & fide immutabili, quam adedò accu-  
ratè obseruauit, vt vix leuiter aliquid pro-  
mitteret boni vel mali, cuius non certam  
reliquerat spem aut metum; ac ita dum  
promissionis tenax habebatur, & execu-  
tionis compos, amorem meruit vel formi-  
dinem, magnum securitatis suæ adiumen-  
tum. At contrarium imputatur Mazari-  
no, nempè, quod totus sit in ore, & pro-  
missionum prodigus, fidei verò & execu-  
tionis immemor. Ciuilitatis & compli-  
mentorum liberales nouerat Gallos, ac  
vt in mores illorum transiret, omnia pro-  
mittenda esse, fidemque & sacramenta  
interponi debere: Credidit, & sic aureos  
pollicebatur montes, officium si quod  
vacauit.

Vbi diuitia clare habentur,  
ibi omnia bona vilia sunt, fi-  
des, probitas, pudor, pudici-  
tia. *Gallus.*

Decipere promoribus tem-  
porum, prudentia est. *Plat.*


Mas valeyn Toma, she dos  
Tedare.



vacavit, aut beneficium, non vni, sed pluribus simul, fide solemniter data, spondit, plures hinc obligatos sibi reddere existimans; sed contrarium euenit, & omnes ferè inimicos habuit; quicumque enim obtinuit tandem aliquid, rædio moræ & expensis factis, carè id satis redemptum putauit, qui se frustratos viderunt, odium pro gratia reddidère. Et ipse Cardinalis id vltimò lucratus est, vt nulla dictis & promissis eius habeatur fides, æquè enim contemnitur, si seriò vel fallendi gratiâ promiserit.

Minus decipitur, cui negatur celeritè. *Mimus.*

Aristoteles interrogatus, quid lucri facerent mendaces? vt vera, inquit, loquentibus non credatur. *Leuis.*



*A* *Habilitas* necessario *Ministro* *publico.*

XVII.

**H**umanitatem inter homines colere, & beneuolentiâ ac comitate quosvis complecti, omnibus gratum & laudabile est, aulicis verò & Ministris publicis apprimè necessarium. Sic enim homines deuinciunt, amorem conciliant, &

Comis erga eos esto, qui te conueniunt, non superbus; nam fastidium & arrogantiam vel setui Dominorum agrè ferunt: comitas verò grata & iucunda est omnibus. *Isocrat.* Principibus haud malè conueniunt grauitas & magnificentia; Sed miscenda sem-

M

per tibi rigori, qui inesse  
grauitati videtur, agra que-  
dam suauitas: & leuicitati,  
quæ in magnificentia videtur  
inesse, grata quædam popu-  
laritas: ut his quoque rebus  
Imperio tuo decus conciliet.  
Imper. Manuel ad fili-  
um Paleolog.

Esto sermone affabilis, ac-  
cessusque facilis. Vultu, qui  
maximè populos demere-  
tur, amabilis: æquis deside-  
riis propensus, nec iniquis  
acerbus. *Seneca.*

Nulla sit in audiendo diffi-  
cultas, nulla in responden-  
do mora. *Plin.*

duriora quæuis pectora, hisce velut cla-  
uibus, aperiunt, continentque. Et dum  
iuxta seruetur decorum, tantum abest ut  
hinc lædatur grauitas, quod seueriores  
fortè verentur, ut hâc suauitate velut con-  
dimento, illustrior reddatur & amabi-  
lior. Ideò fores apertæ decent Ministrum  
publicum, aures faciles, vultus serenus,  
& comitas sermonis, solitudo verò & sin-  
gularitas, & affectata quædam grauitas  
acerbitasque insignitè vitandæ. Et in  
hoc rursus notatur Minister de quo no-  
bis sermo. Quid enim inter aulicos vul-  
garius, & de quo magis conqueruntur,  
quibus cum illo res est, quam inuisibi-  
lem esse Cardinalem, & eadem difficul-  
tate admittere illos qui publica tractant,  
& qui particularia & sua priuata. Quic-  
quid sit, seu culpa illius, seu negocio-  
rum multitudo, & omnibus satisfaciendi  
difficultas fuerit, ipsi norint. Ego hic  
finio, ac ut actiones Cardinalis quales-  
cunque non defendo, ita nec virtutibus  
eius inuideo vel aliquid detraho, id vni-  
cum addo, quod à viro authoritatis & iu-  
dicij, nuper illi in aurem, & ex officio  
amici, dictum erat, Tria sibi cauenda

fore, si velit saluus esse: auaritiam moderetur, & inutili pecuniâ amicos paret, & dignis præmia & largitiones non inuideat. Secundò, dictis fidem adhibeat, & minus sit versatilis, & tertio visibilem se præbeat & sollicitantibus magis facilem. Quæ, an usu edoctus, corrigat, & melius famæ ac securitati suæ posthac consulat, Videbimus.

**FINIS.**

fore, si velis saluare : auaritia mo-  
detur & iuuii pecunia amicos parit,  
& dignis premia & largitiones non inui-  
deat. Secundo, quis sibi adhibeat, &  
minus se verentis, & tenui viliorem se  
prebet & sollicitus magis facilius  
Qua, an vni vrigat, & melius  
satis ac securi  
Videbitur.



FINIS

